





126

**E P I C E D I A**

In Obitum

*AMPLISSIMI ET CONSULTISSIMI  
VIRI,*

**DN. ZACHARÆ FIN-  
GERLINGI,**

Consulis & Syndici Reipubl. Servestanæ  
dignissimi:

*Facta ab Amicis.*

---

*SERVESTÆ,*

Typis ANDREAE BEZELII, ANNO 1638.



I.

**T**E, FINGERLINGI, TE, dum me vita manebit,

TE veniente die, TE fugiente canam,  
Qui mihi præcipuo conjunctus amore movebas  
Dextro ausu & pulchrâ publica lucra fide.  
Præmaturus obis; nec obis: *tua provida virtus*

*Ac amor in cives non metuit tumultum.*

Ast Ego, qui lecto Bernburgi adfixus & æger  
Non potui exsequias, Compater, ire Tibi,  
Exsequar in sobole id, quod veri munus amici  
Exposcit, vires sufficiente D E O.

*Luctus verus hic est, operum meminisse tuorum.*

*Et Tibi promissam continuare fidem.*

*Ignavus questus cum verbis nascitur: idem*

*Cum verbis turpi & præpete morte perit.*

Hæc Bernburgi agrâ mente & manu scribb.  
Sympathiæ contestandæ ergò

Martinus Milagius, Prr. Anhaltin. Consil.  
& Cancellarius Servest.

II.

**E**T Fingerlingus moritur, quem pluribus  
annis

*Censuerat dignum Juridicina decus.*

*Vivimus ut Domino, Domino sic vivere nostro*

*Desinimus: Domini iustio cuncta regit.*

Qui

*Qui credunt verè & vitam sine crimine vivunt,  
Illos in cœlis vita beata manet!*

Faciebam

Christianus Becmanus Born.

III.

Epitaphium

ZACHARIÆ FINGERLINGII,

nuper

Consulis & Syndici Servestani.

**M** Archia me genuit, tenerisq; effinxit ab annis,  
Ingenio Musâ conciliante decus.  
Culta dedit Juveni mentis Pomerania cultum,  
Et quem non potuit, Leucoris alma dedit.  
Jura propinavit, quæ mens feliciter hausit,  
Possit ut in Patriæ dicere Jura foro.  
Prævertit Patriam Patriæ Servesta propinqua,  
Quæ populi voluit Syndicon esse sui.  
Hæc postquam multos mihi Sparta ornata per annos,  
Addidit officium Consulis aura Patrum.  
Hic vita cursus, statio hæc mihi, munere dio,  
Cessit; In hac morior stans statione meâ.  
Tu mihi, chara, vale longùm &, Respublica, salve:  
In Cælis statio me mage fida tenet.

Script.

M. Marc. Fr. Wendelinus

G. A. R.

IV.

**U**sq; adeò dubijs præsens obnoxia Sors est  
 Casibus, ut, quando fulcimine nixæ videtur  
 Stare suo, subito patiatur lapsa ruinam!

Exemplo id, Collega, tuo, fidissime, monstras.  
 Omnia, quæ poterant homini contingere, dona  
 Fortunæ atq; Animi, DEUS in te largiter Unum  
 Contulerat. Nolim, quæ sunt satis obvia, nolim  
 Enumerare tuas prolixo carmine dotes,  
 Quas toties Pacis quas Martis tempore, certo  
 Non sine successu, Respublica nostra probavit:  
 Propterea & binos diverso tempore honores,  
 Quos habuit summos, ultro Tibi detulit Unum.  
 Jamq; ubi certatim multo conamine nostra  
 Teq; operamq; tuam Respublica poscit & Aula,  
 Delatura Tibi majores forsan honores,  
 Non nisi cum planctu multorum, tempore quo vix  
 Crediderit quisquam, Mors præmatura nimis Te  
 Præripit heu nobis, & tempore præripit isto,  
 Consilijs quo nostra tuis Urbs indiget, eheu  
 Triste Tui desiderium, vir Magne, relinquens.

*Usg; adeò dubijs humana obnoxia Sors est  
 Casibus! Usg; adeò in Terris nihil undiq; firmum!*

*Dn. Collega & Compatri suo  
 desideratiss. f.*

M. PETRUS von JENA, Reip.  
 Servestanzæ Consul.

IV.

Epitaphium.

**F**INGERLINGIUS hac sepultus urna,  
Expectat DOMINI diem supremum;  
Qui Lumen, Columnę Civitatis,  
Publicęq; Rei Decus, Tribuni  
Plebis consilium, arduisq; rebus  
Præsens auxilium fuit popelli.

Cui Princeps, Populus, cui Senatus  
Fausta sub tumulo precantur; omnes  
Cui toto cupiunt, faventq; corde.

Felix sic agitans in Orbe vitam!  
Felix sic moriens in Orbe! Cælos  
Is semper colet, illiusq; nomen,  
Decus, Laus & Honos erit superstes.

Johannes Cramerus, Philosophiæ  
& J. U. Doctor, Poëta Laureatus, & Rei-  
publ. Servestanzæ Consul.

VI.

**Q**ui Generum quondam caro pro pignore  
semet,  
Dein quoq; Fautore, sponte mihi dederat:  
Ipsam ea nunc aufert immota potentia! Lapsam  
Orbi sic artus fulcra quæta timent.

Ec-

Ecquid opis mihi deinde super? Vestigia sedes  
Ad superas cursu n̄ properante legam.  
Instabile ô longum valeat mortalis asylum  
Purfugii; spes haud irrita nixa Deo est.

NATHAN Voigt / D.  
Senior.

VII.

**N**on tantum numeros Pietas ad gaudia poscit:  
Tristia verum etiam funera flere iubet.  
Inprimis metricos Vatum meruere labores.  
Optima quos Patriæ consuluisse iuvat.  
Usibus humanis quos si eripit Atropos excors,  
Publica Patronis res merito orba dolet.  
Concidit haut Arbor magno sine cæsa fragore:  
Lux Patriæ magnâ non sine clade ruit.  
Sic Vatum calamos, Lux ô præclara Themistos,  
Affidæq; urbis scævola consilians,  
Insperato obitu ut succumbis, jure mereris:  
Namq; eheu! nostrâ non sine clade ruis.

M. JOHANNES CREMERUS  
Sil. Ecclesiastes Ser-  
vestanus.

VIII.



VIII.

APOSTROPHÉ  
LUGUBRIS.

**L**uges, si quisquam, *Vidua* ô moestissima, justâ  
 Et lacrymas fundis de ratione pias:  
*Dimidium cordis* lethali falce recisum  
 Spe citiùs nuper cessit & ante diem:  
**Grande Decus**, quôq; haud vobis illustrius ullum,  
 Et *capitis* cecidit chara *corona* tui:  
**Amisit soboles** genitorem parvula charum  
*Spem ductus* unam *praesidiumq;* sui.  
**Fletis**, quos propius geniali semine *sanguis*  
*Advena*que *affini* foedere junxit amor:  
**Corruit** immensum *stabilimen*, corruit *heu!*  
*Fingerlingiacae Gerholiaeq;* *Domus*.  
**Nec** tamen immeritò patriæ *Respublica* nostræ  
 Indole, & hîc gemitus *civica* turba cie:  
**Occidit**, haut paucos fueras quo jam usa per annos  
*Vindice* *justitiae* *consilijq;* *duce*.  
**Vosque** *peregrini* suspiria ducite, egenis  
 Queis tulit optatam sæpe rogatus opem.  
**Ipsa** gemas juris *rectrix* *Astræ* *patronum*  
 Tam *præmaturâ* morte obiisse tuum,  
**Astræ** gemitus *conjungito* *Musica* *acerbos*:  
 Occidit *heu!* *magnus* *Fautor* *in* *urbe* *tuus*,  
**Quippe** tibi, *indicium* *studii*, *proprio* *ære* *redemptos*  
*Harmonicos* *dono* *qui* *dedit* *octo* *tomos*.  
**Tuq;** ô *Collegi* *Scholici* *Gens* *conscia* *facti*  
*Extremos* *grato* *promito* *ab* *ore* *sonos*:

Oc.

Occidit! ærumnas miseratus sponte, *salaris*  
Qui nostri *augendi* non mala puncta tulit,  
Et dedit hic, quanta haud, qui spirant ore, favoris  
Ulla dedere aliqui re documenta sui.  
Ipse meos reprimis hic questus; at vota profabor;  
Publicæ & afflictæ commoda vota rei:  
O Pater orbis, viduam solare, gregemq;  
Orphanum, & afflictos spe meliore leva!  
Da Templo, serva q; Scholæ data Fulcræ, Foroq;  
Quæ re, quæ nisu sustinuisse probent!

Scripta à  
*M. Ernesto VVulstorpio Scholæ  
Patriæ Rectore.*

IX.

**M**I Fingerlingi, TE rara scientia juris,  
TE pietas: candor, lingua disertæ, fides,  
Præclaram, atq; piis fermè omnibus undiq;  
gratum,  
Fecerat: Ah! TE nunc abstulit atra dies!  
Ascaniæ hinc Comites, hinc patria, curia, amici  
Hinc lugent, nec non TE superesse volunt.  
O mors crudelis! mors ô truculenta! acuisi  
In tantum cur tu toxica tela virum?  
Sed benè: vita abiit; cum factis fama manebit  
Post mortem, quam non diluet ulla dies.

Vera

Vera loquar; qui vivus adhuc splendebat in urbe  
Ut Sol, nunc ut sol splendet in orbe poli.

*Condolentia testanda ergo  
scribeb.*

ZACHARIAS VECHNERUS

*Sil. Serveste ad Nicolai*

*Diaconus.*

X.

**I**N medio annorum cursu, cur deserit orbem  
Expirans placidè, Consul, honoris, opum?  
Scilicet ut discant homines nil fidere rebus,  
Fati summa potest quas rapere hora brevis,

TodtenBildt.

**A**ch schaw mich TodtenBilde an  
Ein jeder Mensch der sehen kan/  
Ein jeder Mensch der hören kan  
Hör von mir Todtenbilde an:  
Hör an/ o Mensch/ beschaw mich/  
Wie du izt bist/ war ich newlich/  
Starck/ schön/ gesunde und wohlgeziert  
Gleich wie ein Bild/ arttz formirt.

D

2. Vch

2.  
Ach ist bin ich schon Asch vnd Staub  
Mein Fleisch die Würme han zum Raub!  
Der Todt hat als zu nicht gemacht/  
Weißheit/ kunst/ ehr/ gut/ muth vnd pracht:  
Wer ist der mich jetzt kennen kan  
Ob ich gewest ein Fürnehm Mann/  
Ein Fürst/ ein Graff/ Herr oder Knecht/  
Ein Obrigkeit/ ein Bürger schlecht?

3.  
Ach nach dem Todt werden arm vnd reich/  
Regenten/ Bürger alle gleich;  
Da kent man den vor jehnen nicht/  
So scheußlich sind sie zugericht!  
Drumb troß niemand auff sein gewalt/  
Ehr/ weißheit/ stärck vnd schön gestalt;  
Diß alls ist gleich dem grünen Gras/  
Heut grünt / morgen vorwelcket das.

4.  
Ach bistu heut schön/ gesund vnd reich/  
Morgen bistu ein blosser Leich;  
Wirstu gehalten heute werth/  
Morgen hat dich die kühle Erdt/  
Alsdann ist all dein wesen hin  
Vnd wirst gestalt/ wie ich ist bin;

Drumb

Drumb weil du starck vnd weise bist /  
Bedenck das End/ vnd traw auff Christ.

5.  
Ach anfang vnd End wohl bedenck /  
Zu Christo dich im Glauben lenck.  
Vnd also wohl bereite dich  
Zur letzten hinfahrt stetiglich /  
So bistu recht ein weiser Mann  
Der alles wohl gefangen an;  
Der Reich genugsam vnd gelehrt  
Ist/ der gleubig zu Christo kehrt!

6.  
Ach dann wird Christus durch den todt  
Dich retten aus der angst vnd noth /  
Vnd dir ein neuen Körper gebn  
Der ewiglich wird mit ihm lebn:  
Deß tröst dich/ wenn du siehest mich /  
Vnd ist der Todren kömpt an dich /  
So kanstu seelig fahren hin/  
Vnd ist der Todt dein bester gewin.

Syr. 7. v. 40.

Anfang Vnd End / thVe bDenCkn fVr /  
So VVirstV nit thVn böses hler.

Stephanus Heinius Pastor Nuthensis.

D ij

XI.

XI.

LACRUMÆ SERVĒ-  
STANÆ.

**O** Dolor! ô Superùm Inclementia! ferrea cœli  
 ô facies! in me quæ conjuratio terræ  
 Perfida cum cœlo? Quæ me jactura virorum,  
 Sed toleranda, premit? fidis cur aula Patronis  
 Hactenus, orba suis? cur alta silentia nostris  
 Mors dixit rostris? cur imbribus aucta benignis  
 Non sunt arva? suis mea cur viduata colonis  
 Rastra? Viris plenas fero cur mœstissima messes?  
 Cur frugum vacuas (Sterili nisi messis in herba!)  
 Accendi fateor, tantis indigna Patronis  
 Atq; bonis, cœcas peccando has Numinis iras,  
 Sed justas; Ego dona feram nunc thurea flammis  
 Grata, DEUMq; haud ingrato statimabo rogatu.  
 Falsæ parce Deus! reliquos quæ vertere cives  
 Gloria? nulla, DUCESq; meæ decora incluta terræ  
 Tollere? nulla. Fides, tibi sit, renovata, Piumq;  
 Cordi. Abeant fontes: pietatis nescia veræ  
 In mala turba ruat: patriæ sterilesq; ruinas  
 Calcet; quæ meruit sævis cadat hostia fatis.  
 Sic effata. Preces, sunt exauditaq; summo  
 Vota Deo: FIAT. Lacrymis nunc parcito, planctus  
 Casti.

Castigato: minas preme mors; satiataq; tanto  
Sanguine, mors reliquis vitæ largire Sorâbûm  
Usuram; fulcris. Fruges concede colonis.  
Infœcundus ager. Quod Dictum, cernite, Factum.  
En necis atq; agri parili certamina nisu

Nobile ad obsequium; Venit mihi funere lassæ,  
Re sic stante, quies; mea falx imitata quietem  
Pendet, Ego, commissa mihi, dabo fœnore lætus  
Semina; Aratoris spes. Portant, ambo triumphos.

Sed mora nulla: iterum factis vesana laceffo  
Vesanis SUPER OS: Nemesis queis iusta me-  
rentum,

In pœnas. Terris hinc desunt flumina: Messis  
Hinc frugum rara. Hinc lethi vis effera major;  
Messis & uberior fatis, sed acerba; Relectus  
Falce cadit Consul dum Fingerlingius Agro  
Mortali. O malesana? Dejcunctantia Fata  
Cur urli? tantò quo curia mœsta Patrono  
Orba foret; caneretque foro hoc lacrymabile  
murmur.

Occidit heu Consui: Summum caput occidit!  
Açtor

Occidit heu justus causarum: Lingüa, Lumen  
Occidit heu! Themidos Laus, gloriaque occidit  
ingens!

Plangite nunc mutæ sedes, nunc strata forumq;

O 3

Plan-

Plange, facit viduum quidquid mors plange, Di-  
sertam

Linguam, nunc multis, Elinguis Curia, curis  
Pressa dole, quæso. CAPUT hoc, sacer ordo Senat9  
Deplora vidui. Patris fle tuta Pupillus  
Brachia. Fota simul CAPUT HOC, gemo, BRA-  
CHIA, LINGUAM.

Hæc iterata mihi; lacrymarum plenaq; Messis  
Flumine, at uberior tua; dum capis ebria cœli  
Gaudia messe. Tibi Messem messoribus alma  
Hanc SUPE RIS Virtus, PIETAS, hanc CANDOR,  
Amorq;ue  
In me, fecerunt. Hac utere messe beatus,

*Georgius Reichardus.*



F I N I S.




2

Plaque, facit videtur...  
 Linguam, nunculus, lingua, curis  
 Pars dolo, quia. CAPIT. hoc facit ordo sensu  
 Dicitur videtur. Pars hinc in Philis  
 Uterque totum CAPIT. hoc gemo, BRA-  
 CHIA, LINGUA  
 Hic recita mihi; lacrimarum plenas; Messis  
 Thanne, et ubi...  
 Gaudia genc. Tibi dicitur in...  
 Hic dicitur...  
 Amorque  
 In me, fecerunt. Hic uere uelle beatus  
 Georgius...



F I N I S









Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

1017







126

DIE  
 CONSULTISSIMI  
 CARLÆ FIN-  
 NGI,  
 Princip. Servestanæ  
 ni:  
 nicis,  
 TÆ,  
 ZELII, ANNO 1638.